



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

XIII. Aaron,

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

festorum figuram habuit æneus Serpens, at eorumdem veneno caruit : *Deus Filius Rom. 8, 3;*
sum misericordia in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut
justificatio Legis impleveretur in nobis. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum 1. Cor. 5, 21;
fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Sed quamvis Adamo simili factus sit Jesus,
eius tamen peccatum, exitiale nobis & damnosum, non habuit : Tentatus per omnia Ebr. 4, 15;
pro similitudine, absque peccato. Moles serpentem ænem posuit pro signo : de Jesu hæc Gen. 3, 9.
vaticinatus est Simcon ad Mariam matrem : Ecce positus est hic in ruinam, & in re-
surrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur. Quod & de eo jam ante
prædixerat Isaías : In die illa radix Jesse, qui stet in signum populorum, ipsum gentes de- Ila. 11, 10, 11;
precabuntur. Sublatus est uterque in altum, serpens tigillo, Jesus cruce. Novitiis qui-
dem Judæi, dum arcanam mysterii hujus significatiōnē remantur, tradunt eos qui
serpentium ignoritorum moribus in deserto appetiri, in salutari ænei Serpentis aspectu
remedium quærebant, non tam ius ad quærendam salutem harere debuisse, quæ sub sen-
tum cedabant, quam ferales serpentis antiqui, peccati videlicet, ieiū recordari, & ad Dei
misericordiam palam omnibus propositam mentis oculos convertere. Narrat autem
Justinus in Dialogo cum Tryphone, cum aliquando quæreret à Judæis, annon sub-
esse videretur occultum aliquod mysterium mandato huic de æneo Serpentis simu-
lacro palam proponendo, quod præscripta in Decalogo simulacrorum interdictio
manifesto contrabat, quemdam ex iis ingenuo id esse fallum, dein subiecisse, sèpius
à se rogatos super ea re Doctores sua gentis, expediendi sui rationem nullana in-
veniente.

XII. Christum sui similem olim præditurum vaticinabatur Moses cum diceret: *Moses;*
Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabis tibi Dominus Deus tuus : Deut. 18, 15,
ipsorum audies. Hujus oraculi veritatem in Jesu eluxisse palam testata sunt Petrus & Act. 3, 21, & 7,
Stephanus, & accurata ac luculenta comparatione probavit Eusebius libro Demon- 37.
strationis Evangelica tertio. Cujus dissertationis summa sequar fastigia. Utrumque
Deus principem ac ductorem misit ; Molem Ebraeorum, hominum omnium Jesum.
Uterque se à Deo missum magnis approbavit miraculis. Moses Ebraeos ex Aegyptio-
*rum servitutem vindieavit in libertatem : Jesus homines Dæmonum omnium mancipa-
*tos vinculis exemptit. Moses Ebrais per desertum ad terram promissam, Jesus homi-
nibus per vitæ hujus angustias ad cœlestem patriam, ducem se præbuit. Moses nutu-
mare sistit & exiccat : Jesus fœvientes ventos frœnat, & tumidos fluctus dictis sedat.
*Moses Ebraeos trans mare saluos dicit & incolumes : Jesus fluctibus suspensus gra-
ditur supra mare, & Petro idem possit concedit. Moses Ebraeos, Jesus homines ab
idolorum cultu avertit. Moses Ebrais, Jesus univerlo generi humano leges sanxit.
*Moses Ebraeos, trijecto mari Rubro, Aegyptiorum tyrannidis subduxit : Jesus homini-
bus per baptismum jugum Dæmonum detrahit. Moses Deum inter & Ebraeos conciliatorem ac proxenetam se gestit : Unus mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, 1. Tim. 2, 5,
ait Paulus in Prio ad Timotheum, Fas Moses cum Domino quadraginta dies & qua- Exod. 34, 29,
draginta noctes, panem non comedit & aquam non bibit : Jesus cum jejunasset quadraginta
diebus & quadraginta noctibus, postea esurit. Moses splendida facie descendit de monte : Matth. 4, 2.
Jesus conseruo cum tribus Apostolis monte, transfigratus est ante eos, & resplenduit
facies ejus sicut sol. Esurientibus Ebrais coturnis & manna de cœlo, & aquam
de rupe sientibus, Deus per Mosem administrum & interpretem in deserto largitus
est : Jesus turbæ in deserto fame languenti cibaria non semel suppeditavit, & aquam Apoc. 21, 17.
vite le gratis daturum pollicitus est. Septuaginta viros de Senibus Ifraëliticis, po-
puli magistros ac duces constituit Moses, cujus & spiritum cum illis communicat
Deus : Jesus Discipulos septuaginta duos quoquoverius dimittit, doctrinæ suæ præ-
cones, & Spiritu suo afflatis. Mariam lepris laborantem sanat Moses : hominem
*Jesus eodem morbo affectum sanitati restituit. Moses duodecim exploratores in ter-
ram Chanaan, Jesus duodecim Apostolos in universam terram mittit. Osee filio Nun,
Josue nomen imponit Moses : Simonem Jesus Petrum dici jubet. Veteris Testamenti
lequester Moses, Novi conditor Jesus. His adde, Mosem, ac reliquos etiam Ifraë-
litarum liberos, statim ab ortu, nefario Pharaonis mandato fuisse morti addictos ;
Jesus nascentem ab Herode fuisse ad mortem quæsitus, reliquos etiam Bethlehemitici
traetus infantes trucidatos : Mosem vero & Jesus parato sibi letho à parentibus
fuisse subductos. Denique quemadmodum reliquis Propheteris longe præfuit Mo-
*ses, five propheticam facultatem specie, five parrata miracula, quod toto capite pro-
bavit Maimonides : ita eos, atque ipsum etiam Mosem, Christus longo intervallo fu-
peravit, & quoad vim futuorum præficiam, & quoad prodigiorum edendorum fa-
*cultatem.*******

XIII. In Aarone quoq; Christi Jesu constat simulacrum. Hic novæ Legis Pontifex, Aaron,

K k k

R. Mo. ben
Maimon. in
More Nev.
Part. 2, cap. 33.

quod fusa disputatione probavit Paulus in Epistola ad Ebraeos; ille prisca. Unctus ille oleo ex baccis arborum expresso, hic oleo lætitiae. *Dixit Dominus ad Moysen, Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus: de Christo Iesu dixit Moses: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus; ipsum audies.* Semel ille in anno Sancta Sanctorum inibat solus, non sine sanguine, quem offerebat pro suo & populi ignorantia: Christus Iesu per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, eterna redemtione inventa. De Aaron sic Deus ad Moysen: *Portabit Aaron iniurias eorum que obtulerunt & sanctificarunt filii Israël: de Christo Iesu sic Isaías: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & non patavimus eum quasi leprosum, & percutiām à Deo, & humiliatum: ipse autem vulneratus est propter iniurias nostras, atritus est propter scelerā nostra; disciplina pacis nostra super eum, & līvore ejus sanati sumus.* Deum inter & homines sequester fuit Aaron: *Unus mediator Dei & hominum homo Christus Iesu.* Deum Aaron respergo sanguine Testamenti Veteris, quod mandaverat ad Israëlitas Deus, facinoris hominibus reddebat propitium: Christus Iesu Novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemtionem earum prævaricationum, que erant sub priori Testamento, reprobationem accipiant, qui vocati sunt sterne hereditatis. In seditione Core, Dathanis, & Abironis, cum graffaretur incendium, & noxios facer ignis corriperet, Aaron flans inter mortuos ac viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit: sciente peccatorum lue, & humanum genus depascente, in tutum subduxit nos Christus, & periculo exemit, *Unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Néque solum ad vivos, ac porro viucturos, sed ad defunctos etiam mortis sua beneficium pertinere voluit, & Veteris Testamenti promissiones Novi beneficiis abunde persolvit.

Josue, XIV. Egregium vero, non nomine solum, sed re etiam, Iesu typum gerit Josue, hic enim successit defuncto Moysi: Iesu abrogata Mosis legi, novam proposuit; *Omnes enim Prophetae & Lex usque ad Iohannem prophetaverunt: inquit Iesu ipse apud Matthäum: & Paulus ad Romanos: Finis Legis Christus.* Mosis minister fuit Josue: *Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege.* Legem autem Mosis nomine intelligi manifestum est ex eo quod in Evangelio ait Abrahamus: *Habent Moysen & Prophetas, audiunt illos: & ex eo quod scribit Paulus ad Corinthios: Sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.* Moses ad Chanaanitidis terrae fines Ebraeos deduxit, in terram ipsam inducere non potuit, quod præststit Josue: quomodo id in Christo Iesu exprellit sit, sic Paulus Galatas docuit: *Scientes autem quod non justificatur homo ex operibus Legis, nisi per fidem Iesu Christi; & nos in Christo Iesu credimus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex operibus Legis;* propter quod ex operibus Legis non justificabitur omnis caro. Appositum quoque & illud ex Epistola ad Ebraeos: *Reprobatio quidem fit precedentis mandati propter infirmitatem ejus & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adducit Lex, introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum.* Quam itaque per Legem Mosis obtainere homo non poterat, Iesu Christi beneficio promissam terram, ecclitem nempe patriam asequitur. Chanaanitidis terra, Jordane trajepto, compotes Ebraeos facit Josue: in patriam ecclensem ablutos nos baptismi aquis inducit Iesus. Duodecim lapides de Jordanis alveo sublatos ad posteritatis memoriam in castris statui jubet Josue, atque alios item duodecim in ipso Jordanis alveo: Iesu duodecim feligie Apostolorum, quorum Principi derivatum à petra nomen imponit; iplos vero fundamentum mysticæ suæ domus esse jussit. De his sic Paulus ad Ephesios: *Eritis cives Sanctorum, & domestici Dei, superadiscuti super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino.* De iis & multo ante Zacharias in hac verba: *Et salvabit eos Dominus eorum in die illa, ut gregem populi sui; quia lapides sancti elevabuntur super terram ejus.* Secunda circumcisio Ebraeis administer fuit Josue: in Iesu circumcisus fumus, circumcisio non manu facta, in exploitatione corporis carnis; sed in circumcisione Christi, circumcisio cordis in spiritu, non litera. Josue circumcidit Israëlitas in Galgalis, unde & loco nomen, quod opprobrium incircumcisæ Ægypti ab Ebraeis illic fuisset amotum & devolutum: Iesu opprobrium nostrum morte sua amovit & devolvit in Golgotha: cuius nominis origo eadem est quæ vocabuli Galgal, nimirum unctionis. Bellator Josue, bellator & Iesu, cuius ex ore gladius anceps exibat. Sic Israëlite denique de Josue: *Sicut obedivimus in cunctis Moysi, ita obediemus ei: sic Iesus ad Israëlitas: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mīhi.*

XV. Insunt in Samson nota plurimæ, quas ad Christum Iesum merito referre possit. Matre sterili natus est Samson: Virgine matre natus est Iesus. Samsonis matri

Ezod. 7. 1.
Deut. 18. 15.
Ebr. 9. 7. 12.
Ezod. 28. 38.
Isa. 53. 4. & seq.
1. Tim. 2. 5.
Ebr. 9. 20.
Ebr. 9. 15.
Num. 16. 48.
Ebr. 7. 25.
Eph. 2. 19. & seq.
Zach. 9. 16.
Col. 1. 11.
Rom. 2. 29.
Joh. 1. 17.
Joh. 5. 46.
Samson,